



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Regia Via Crvcis

Haeften, Benedictus van

Antverpiæ, 1635

Argvmentvm Libri Tertii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46093](#)

ARGUMENTVM
LIBRI TERTII.

VItam quæ faciat beatiorem,
Christo Iudice, Christiane, CRVX est
Arbor nobilis & decora valde,
Nulli germine, fronde, flore nulli,
Nulli multipli secunda fructu :

CAP. I.
& II.

III.

Nam CRVX crimina tollit expiatque,
CRVX discrimina criminumque tollit,
Clausa limina cordium recludit.

Et quisquam potes hanc vocare duram?
Mœstam, difficilem, dolore plenam?
Non est, credito, Christiane, non est;
Credatur licet. Utile, iucunda,
Honesta, & tolerabilis volenti est.

IV.

Hæc est quæ dubijs spei tenacem
Anchoram tribuit natanti in undis.
Hæc sed, heu! premit, inquis, exprimitque
Sudoris mihi defluentis imbræ,
Largos purpurei cruoris imbræ.
V.

Ohe! nil metuas, suavis vuæ
Hic sanguis Domino merum propinat,

Et

Et merum Domini tibi propinat.

CRVX quid non facit ? illa cordis ædem

vii.

Deo construit & sacrat supremo.

Quid? quod CRVX quoque fabricet co- vii. &
ronam,

Pulchram, perpetuam, bonam corōnam.

viii.

Equid amplius hifce iam requiras?

Deo iungere téne concupiscis?

ix.

Aude : te satis efficace vinclo

Numinī bona CRVX, tibiique Numer

Adstringet socium. O beate ! quidnam

Fam tuis poterit deesse votis?

Seu iuuet celeri celocē cælum

Seu curru petere : vna CRVX vtrumque,

Et nauem tibi præstat, atque currum.

x.

x.

Quin scalas tibi malleumque præstat,

xi. &

Illis & superæ Sionis arcem

xii.

Scandas, impete fortiore vt isto

Occlusi quatiens fôres Olympi

Portas ingrediare sempiternas.

Felix ô CRVCIBVS referta vita

Vitam quæ tribuit beatiorem !

T

R E